ܡܢ ܥܠܬܝ ܩܫܝܐ ܘܟܪܝܘܬܐ
ܘܗܦܟܘ ܒܚܙܬܝ ܟܠ ܫܘܒܚܐ
ܘܟܠ ܕܗܪܟܐ ܗܘ ܡܬܝܩܪܢܐ
ܙܡܪܬܝ ܐܬܗܦܟ ܠܐܘܠܝܬܐ
ܡܘܬܐ ܡܚܒܠ ܦܓܪ̈ܐ
ܘܐܘܦܝ ܚܕܘܬܝ ܠܟܡܝܪܐ
ܘܡܐܟܘܠܬܐ ܠܪ̈ܚܫܐ ܗܘܝܬ ܐܢܐ
ܙܥܘܪ ܚܝ̈ܐ ܚܘܪ ܒܪܥܝܢܟ

---

discinduntur, et fabricam mei corporis stupendam (excelsam) putredo dissolvit.

Timete omnes transeuntes viam propter ærumnam meam sævam ac lugubrem, aversamini, me viso (in intuitu mei), omnem fastum (gloriam) et quidquid heic in honore habetur.

Cansiones meæ conversæ fuerunt in lamentationes, et mors corrumpit *corpora* affabre constructa, et commutavit gaudium meum in mœrorem, et pabulum vermibus factus sum.

Exiguitatem vitæ meditare (in) mente tua,

ܘܚܙܝ ܒܡܫܟܢܘܬܗ ܕܒܪ ܟܝܢܟ
ܕܥܬܝܕ ܕܢܗܘܐ ܡܚܒܠܢܟ
ܡܘܬܐ ܐܝܟ ܕܝܠܝ ܝܘܡܢܐ

ܚ ܚܙܝ ܐܝܟܢܐ ܡܦܩܐ ܡ̈ܠܐ ܠܫܢܐ
ܟܢܫܐ ܩܢܝܗ ܕܣܦܪܐ ܡܗܝܪܐ
ܘܚܙܘܐ ܕܥܝܢ̈ܝ ܚܪܝܦܐ
ܘܡܫܡܥܬܐ ܕܐܕܢ̈ܝ ܡܦܢܩܬܐ

ܚ ܚܘܬ ܫܐܠ ܠܩܒܪܐ ܒܩܠܟ
ܘܗܘ ܢܓܠܐ ܘܢܚܘܐ ܠܟ
ܐܡܪ ܠܡܘܬܐ ܘܢܣܟܠܟ
ܘܡܣܬܪܕܐ ܠܟ ܗܘܐ ܐܢܐ

---

et specta vilem conditionem fratris tui (*), nam futurum est ut (*cras*) sit tui peremptrix mors non secus ac mei hodie.

Vide quomodo prodit sermones lingua mea, (*nae illa*) calamus scriptoris periti, ac visus oculorum meorum *quam sit* perspicax, ac auditus aurium mearum *quam* delicatus.

Descende, interroga sepulcrum voce tua, ipsum revelabit et ostendet tibi : dic morti et docebit te (faciet te intelligere). Terrori tibi sum.

(*) Ad litteram : filii *seu* participis (*ejusdem*) tuæ naturæ.

ܚ ܚܘܪ ܒܝ ܐܦ ܐܢܬ ܫܦܝܪܐ
ܘܙܝܘܐ ܠܟܥܝܪܘܬܐ ܘܫܘܦܪܐ
ܕܗܘܐ ܠܝ ܒܥܠܡܐ ܕܒܣܪܐ
ܘܗܦܟܘ ܠܟܥܝܪܘܬ ܕܐܣܟܡܐ

ܛ ܛܠܝܐ ܢܚܘܪܘܢ ܒܝ ܘܓܒܪܐ
ܘܓܒܝܠܐ ܥܡ ܫܦܝܪܐ
ܕܠܫܘܦܪܝ ܫܝܛܘܬܐ ܕܩܒܪܐ
ܐܩܒܠܬ ܘܛܒܥܬܢܝ ܒܚܒܠܐ

ܝ ܛܘܟܣܗ ܕܦܓܪܝ ܠܥܦܪܐ ܐܙܠ
ܣܪܝ ܘܫܘܦܪܝ ܘܗܕܡܐ ܬܡܝܗܐ ܐܬܦܪܩܘ
ܚܘܣ ܥܠܝ ܚܙܝܐ ܘܚܘܪ ܒܝ

Inspice in me etiam tu, pulcher, et splendorem et pulcritudinem quam habui in mundo (carnis : *scilicet quando in carne eram*) conversam fuisse in fœditatem formæ.

Iuvenes intendant in me ac viri, ac elegantes et venusti, nam pulcritudinem meam vilitas sepulcri excepit, meque mersit in tabe.

Ordinata corporis mei structura abivit in pulverem, putruit pulcritudo mea, et compago mei corporis miranda discissa est. Compatere *mihi*, spectator, et mihi intende

ܘܡܢ ܟܠ ܨܒܘ̈ܢ ܘܩܢܝ̈ܢ ܕܥܠܡܐ
ܬܩܘܡ ܡܢܗܘܢ ܦܪܘܫ ܘܥܪܘܩ ܠ
ܘܝܠܦ ܐܢܬ ܠܡܣܠܝܘܬܗܘܢ
ܘܐܬܕܒܪ ܐܝܟ ܕܡܚܘܝܐ
ܢܦܫܟ ܘܠܐ ܦܓܪܐ ܒܕܘܒܪܐ
ܘܠܟ ܒܝ ܘܠܐ ܬܬܠܡܠܠ ܗ
ܘܚܙܝ ܒܡܟܝܟܘܬܝ ܘܠܐ ܬܬܦܐܐ
ܘܠܐ ܬܫܬܒܗܪ ܘܠܐ ܬܬܚܬܪ
ܘܫܦܝܪ ܠܚܝܐ ܕܥܠ ܫܥܬܐ

---

et a cunctis rebus (*istis caducis scilicet, quae in me vides ita evanescre, appetendis*) abstine (fuge), ac *eas* disce aversari.

Moderare secundum *documenta quae tibi praebet haec* mei visio corpus tuum ac animum (tuum), ac in me edocearis in bonum tuum. Fac ut sapias (ex me) animo volenti (voluntate tua), nec enim sapere te faciet mors nolentem.

Disce a vili statu meo et ne elegantiam affectes, considera humilitatem meam et ne pulcritudinem ostentes nec superbias, dedecet enim fastus viventem ad breve tempus (*).

(*) ܡܠܐ ܡܘܡܠܐ ܠܟܠܗ ܡܕܐ ܕܝܘܡܐ ܘܠܠܝܐ ܕܫܥܬܐ ܕܪܦܦ ܥܝܢܐ
Proprie id quod implet *spatium* diei, noctis, horæ, *ictus* oculi, temporis, momenti.

ܣܓܝ ܐܢܐ ܐܬܪܘܪܒܬ

ܘܒܙܩܘܦܐ ܨܘܪܐ ܗܠܟܬ

ܘܗܫܐ ܒܥܦܪܐ ܐܬܡܟܟܬ

ܘܒܗܬܢܝ ܗܘ ܬܘܟܠܢܐ

ܝܗܝܒ ܐܢܐ ܠܟ ܬܚܘܝܬܐ

ܥܪܘܩ ܒܨܒܝܢܟ ܒܝܕܥܬܐ

ܡܢ ܐܠܝܢ ܕܐܢܐ ܡܝܬܐ

ܠܐ ܒܨܒܝܢܝ ܠܡܘܬܐ ܕܒܪܬ ܐܢܐ

ܟܡܐ ܕܡܠܐ ܦܘܡܝ ܥܦܪܐ ܘܩܛܡܐ

ܡܙܗܪ ܫܬܩܗ ܠܚܟܝܡܐ

ܘܠܐ ܢܫܬܒܗܪ ܒܥܠܡܝܐ

ܕܥܠܡܐ ܗܘ ܠܪܚܡܘܗܝ ܡܘܒܕܢܐ

Multum equidem superbivi ac elatos animos gessi (collo elato incessi) et nunc in pulvere depressus sum, et me confudit secura illa *in mea sorte* fiducia.

Datus sum tibi in argumentum, abstine (fuge) volenter et scienter ab iis rebus quibus ego mortuus sum, non enim voluntate mea morti traditus sum ego.

Quamdiu tenebitur (plenum erit) os meum pulvere et cinere monebit silentio *suo* sapientem ne pompam agat rebus mundanis, etenim mundus suorum amatorum peremptor est.

ܟܠ ܡܕܡ ܟܦܪ ܒܝ ܘܕܓܠ
ܟܠ ܡܕܡ ܓܝܪ ܥܪܩ ܡܢܝ ܒܪ ܫܥܬܗ
ܘܡܘܬܐ ܠܒܢܝܢ ܦܓܪܝ ܚܒܠ
ܘܐܚܬܢܝ ܠܓܘܡܨܐ ܕܐܒܕܢܐ
ܥܪܩܘ ܡܢܝ ܐܚܐ ܘܐܚܝܢܐ
ܘܥܘܬܪܐ ܐܟܚܕܐ ܘܩܢܝܢܐ
ܘܣܛܪ ܡܢ ܩܒܪܐ ܕܣܢܝܐ
ܠܐ ܩܢܝܬ ܡܢ ܒܢܝܢܐ
ܠܐ ܬܪܓܝ ܚܝܐ ܕܢܘܓܪܐ
ܕܝܘܡܝ ܛܒܐ ܡܘܬܐ ܫܪܐ
ܘܠܐ ܬܪܓ ܡܐܢܐ ܕܫܘܦܪܐ
ܕܒܠܐ ܙܘܪܓܗ ܦܓܪܢܝܐ

Omnis res me reliquit (abnegavit) fefellitque, nam omnia aufugerunt a me extemplo et mors constructionem corporis mei corrupit et me demisit in foveam perditionis.

Defecerunt a me fratres et cognati et divitiæ pariter ac substantiæ, ac præter sepulcrum odiosum non *aliud* obtinui ædificium (nil ædificii).

Ne cupias vitam longam (longitudinis), dies enim meos felices (bonos) mors truncavit (solvit), nec aveas indumenta pulcra (pulcritudinis), consumitur enim *ipsa* machina corporea.

ܠܐ ܬܫܬܒܗܪ ܬܘܒ ܒܛܘܗܡܘܬܐ
ܕܥܠ ܚܕ ܥܦܪܐ ܘܚܕ ܩܛܡܐ
ܢܚܬܝܢ ܟܠܗܘܢ ܐܢܫܐ ܕܥܠܡܐ
ܥܒܕܐ ܘܡܪܝ ܫܘܠܛܢܐ
ܠܐ ܬܘܒ ܡܬܐܠܨ ܐܢܐ ܒܚܫ̈ܐ
ܘܠܐ ܒܟܐܒܐ ܘܠܐ ܒܐܘܠܨܢܐ ܕܒ̈ܝܫܐ
ܐܬܛܥܝ ܒܦܓܥܟ ܘܐܬܛܥܝܬ ܐܘ̈ܠܨܢܐ
ܟܠܗܝܢ ܕܒܥܠܡܐ ܗܢܐ
ܡ ܡܠܐ ܥܝܢܟ ܡܢܝ ܚܙܝܐ
ܕܒܪ ܒܣܪܟ ܐܢܐ ܘܫܘܬܦܐ
ܕܟܝܢܐ ܘܕܡܘܬܐ ܫܦܝܪܐ
ܠܐ ܬܥܒܪ ܐܝܟ ܡܒܙܚܢܐ

Ne glorieris item *nobilitate* generis quia ad unum pulverem ac ad unum cinerem descendunt cuncti homines mundi, servi, et qui præstant (domini) dominatu.

Non amplius angor ego doloribus nec morbis nec molestiis improborum. Immemor fio occursu tuo, ac obliviscor calamitates (meas) quas *sustinui* in mundo isto.

Inspice in me diligenter (imple oculum tuum ex me), spectator, ejusdem enim tecum carnis sum (filius *seu* particeps carnis tuæ) ac *tui* compar in natura ac specie pulcra, ne me prætereas quasi irridens.

ܡ ܚܘܫ ܚܘܒܠܐ ܦܓܪܝ ܡܢܝ ܚܫܐ
ܘܥܠ ܫܪܝܐ ܕܪܘܟܒ ܗܕܡܝ̈ܐ
ܘܒܟܝ ܒܦܓܪܐ ܘܒܢܦܫܐ
ܘܦܘܪܫܢܝ ܢܗܘܐ ܠܟ ܡܒܟܝܢܘܬܐ

ܡ ܦܓܪܐ ܕܐܬܦܛܡ ܠܗ ܢܟܪܝܟ
ܘܣܢܝܐ ܘܡܣܠܝܐ ܢܥܝܩܟ
ܘܣܘܟܝܐ ܕܚܝܐ ܢܚܕܝܟ
ܝܘܬܪܢܐ ܢܥܒܕܟ ܠܚܙܝܐ ܕܚܙܘܬܝ

ܢ ܢܘܗܪܐ ܓܘܢܝ ܐܬܟܡܫ
ܘܦܐܝܘܬܐ ܕܓܒܠܬܝ ܐܬܢܣܒ
ܘܬܘܠܥܐ ܠܗܕܡܝ ܐܟܠ

Putroris corporis mei afficiaris miseratione (habeas dolorem), et pro dissolutione fabricæ *membrorum meorum olim apte* constructæ illacrima oculis (corpore) ac animo, et discidium meum (*a viventibus*) sit tibi causa lugendi.

Corpus quidem istud quondam studiose excultum, invisum *nunc* (in quod odium, *seu horror*, habetur) te contristabit, at expectatio resurrectionis te gaudio afficiet, emolumentum ingens tibi præstabit visus mei et *eo* adducet ubi expedit *tibi*.

Nitor (meus) coloris mei marcuit, et venustas mei plasmatis sublata est. Vermis membra mea comedit,

ܘܥܝܢܝ ܕܚܠܐ ܡܠܐ ܛܘܪܢܐ

ܢ ܢܚܬܐ ܛܝܒܬ ܠܡܫܬܘܬܐ
ܘܥܒܕܬ ܒܣܡܐ ܘܡܫܪܘܬܐ
ܘܡܘܬܐ ܩܡ ܠܝ ܟܕ ܪܘܬܒܬܐ
ܘܗܦܟ ܚܕܘܬܝ ܠܐܘܠܨܢܐ

ܢ ܢܗܡ ܐܝܟ ܐܪܝܐ ܘܐܬܪܓܢܝ
ܘܡܢ ܡܨܥܬ ܚܒܪܝ ܚܛܦܢܝ
ܘܒܩܒܪܐ ܕܚܫܘܟ ܫܬܩܢܝ
ܘܡܪܝܪܘܬܐ ܗܘܝ ܠܝ ܡܣܒܥܢܝܬܐ

ܚ ܚܙܝ ܚܙܝܐ ܠܛܠܝܘܬܐ
ܕܛܠܝܐ ܗܘܝܬ ܘܠܫܦܝܪܘܬܐ
ܕܛܠܝܘܬܐ ܚܒܠܗ ܡܘܬܐ

---

atque oculum (meum) pulvere opplevit inexorabilis mors (tyrannus).

Vestes paravi ad nuptias, et feci balsama et convivium, et mors adstitit mihi plena (cum) terroris et convertit lætitiam meam in angorem.

Rugiit sicuti leo et invasit me, et e medio sodalium meorum corripuit, et in sepulcro tenebricoso fecit me silere et amaritudines saturaverunt me.

Despice, spectator, juventam, etenim juvenis fui, et venustatem, nam juventam perdit mors,

ܘܐܬܒܣܝ ܒܫܘܦܪܗ ܡܫܬܚܪܐ
ܣ ܣܘܟܠܐ ܩܢܘ ܒܝ ܥܠܝܡܐ
ܘܚܘܪܘ ܒܝ ܘܐܬܡܟܟܘ ܪܡܐ
ܕܒܪܡܘܬܝ ܐܚܕ ܢܘܡܐ
ܚܠܐ ܒܫܘܠܡ ܦܣܝܩܘܬܐ
ܣ ܣܦܪܐ ܗܘܝܬ ܐܦ ܡܫܠܛܢܐ
ܒܦܘܩܕܢܐ ܘܐܚܝܕ ܫܒܛܐ
ܘܠܥܦܪܐ ܐܘܒܕܢܝ ܫܝܛܐ
ܡܘܬܐ ܚܘܝܐ ܠܝܛܐ
ܥ ܥܠܝܡܐ ܚܙܬܝ ܡܣܪܗܒܢܝܬܐ

et abhorre ab illius pulcritudine fastosa.

Sapite ex me (intelligentiam habeatis) juvenes, intuemini me et cessate a superbia (deprimite vos) o elati *animo*, nam in superbia mea adeptus est pabulum (*) putror absolutissima consumptione (perfectione concisionis).

Scriptor fui et pollens dominatione ac imperio et tenens sceptrum, at in pulverem me redegit vilem mors, aspis execranda.

O juvenes aspectus meus terrificus

(*) ܢܘܡܐ significatione venit atrii, plateæ, limitis; in phrasi ܐܚܕ ܢܘܡܐ inservit ad significandum progressum gangrenæ. Cf. illud II Tim. II. 16 ὡς γάγγραινα νομὴν ἕξει sic versum ܐܝܟ ܣܪܛܢܐ ܢܘܡܐ ܬܐܟܘܠ Porro ܢܘܡܐ pro ipso cancro ܐܟܠܐ sæpe ponitur.

ܐܪܚܩܟܘܢ ܡܢ ܪ̈ܓܝܓܬܐ
ܘܣܒ̈ܐ ܩܢܘ ܡܢܝ ܚܟܡܬܐ
ܘܛܠܝ̈ܐ ܙܢ̈ܝ ܡܪܕܘܬܐ

ܥ ܥܬܝܪ̈ܐ ܡܪ̈ܝ ܒܥܘܬܪܐ
ܘܪ̈ܚܡܝ ܦܘܢܩܐ ܘܫܘܒܗܪܐ
ܢܩܢܘܢ ܒܝ ܡܠܟܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܕܠܐܚܪ̈ܢܐ ܗܘܐ ܠܡܘܬܪܢܐ

ܥ ܥܗܕܝܢܝ ܟܠ ܫܥ ܘܠܐ ܬܛܥܝܢܝ
ܚܙܝܐ ܘܠܐ ܡܢ ܬܢܫܝܢܝ
ܘܡܢ ܠܘܚ ܠܒܟ ܠܐ ܬܥܛܝܢܝ
ܘܗܘܝ ܒܝ ܡܬܪܢܝܢܐ

ܦ ܦܢܝ ܠܘܬܝ ܘܐܢ ܪܚܡܬ ܥܘܬܪܐ

---

arcet vos a concupiscentiis : et vos senes mutuate (possidete in) a me sapientiam, et vos adolescentes præcepta (*varias* rationes) doctrinæ.

Divites, quique potiuntur (domini) fortunis, et amatores luxuriæ ac ostentationis præsto habent (possident) in me consilium fidele quod aliis *jam* fuit in bonum.

Reminiscere mei perpetuo nec mei te capiat oblivio, spectator, nec prorsus unquam mei obliviscaris, nec ex animo (ex tabula cordis tui) *memoriam* deleas mei, et fac ut me recordere (sis recogitans).

Convertere ad me, et si te cupido tenet divitiarum

ܚܙܝ ܠܡܣܟܢܘܬܝ ܕܒܓܘܡܨܐ
ܘܟܕ ܐܪܓܬܟ ܦܓܪ ܒܣܪܐ
ܚܙܝ ܠܣܪܝܘܬܝ ܕܝܠܝܕܐ ܒܚܠܕܐ
ܘ ܦܓܘܕܐ ܬܘܠܥܐ ܢܗܘܘܢ ܠܟ
ܟܕ ܫܘܒܗܪܐ ܗܘܐ ܠܟ
ܘܟܕ ܒܢܝܢܐ ܪܒܬܐ ܠܟ
ܐܠܝܨܘܬܐ ܕܩܒܪܝ ܬܗܘܐ ܠܟ ܛܘܦܣܐ
ܘ ܦܩܣ ܫܝܛܘܬܝ ܠܪܥܝܢܟ
ܘܐܬܢܝܚ ܟܕ ܚܙܐ ܡܢ ܪܛܢܟ
ܘܟܕ ܬܬܥܝܩ ܒܝܐ ܠܢܦܫܟ
ܒܚܒܠܝ ܕܐܬܩܒܠܝܗܝ ܡܥܗܕܢܐ

---

cogita inopiam meam (quæ) in *hac* fovea. Cum te stimulat illecebra carnis cogita foetorem meum qui *generatur* (intus) in tabe (cæno *sepulcri*).

Frenum vermes erunt tibi, cum superbia te inflat (tibi erit) cumque magnificas aedes (palatia) extruet tibi (*scilicet : cum mens tua superbia elata haec molietur*) angustia mei sepulcri tibi praebeat (sit) exemplar.

Repraesenta (explica) vilitatem meam menti tuæ et tempera, me viso (in me), a querimonia tua : et quando angeris solare animum tuum *intendens* in destructionem meam quam accipias in monimentum.

ܪܘܫܘܡܝܢܝ ܩܕܡ ܥܝܢܝܟ ܟܠ ܝܘܡ ܪ
ܘܐܬܒܝܐܠ ܒܝ ܟܕ ܡܬܟܪܗ
ܘܐܬܕܟܪ ܠܫܪܝܘܬܝ ܘܠܐ ܬܣܟܠ
ܘܠܐ ܬܪܓܙ ܥܠ ܡܣܟܠܢܐ

ܪܘܫ ܒܪܥܝܢܟ ܠܫܬܝܩܘܬܝ ܪ
ܐܢ ܡܠܦܢܐ ܐܢܬ ܐܟܘܬܝ
ܘܒܫܘܒܚܟ ܥܗܕ ܠܡܟܝܟܘܬܝ
ܘܢܗܘܘܢ ܠܟ ܒܝ ܣܘܟܠܐ

ܪܫܡܐ ܘܛܘܦܣܐ ܐܗܘܐ ܠܟ ܪ
ܘܬܕܥ ܕܫܘܠܡܟ ܐܝܟ ܕܝܠܝ
ܘܐܝܟܢܐ ܕܐܢܐ ܐܢܬ ܕܬܗܘܐ ܠܟ
ܒܗܘ ܕܐܝܬܝܟ ܗܘܝܬ ܐܢܐ

Imaginare me ob oculos tuos assidue, et levare in me quando calamitate percelleris. Memento dissolutionis meæ et non delinquas, nec irascaris adversus peccantem in te.

Cogita (finge) mente tua silentium *ad quod adactus sum* (meum), si magister es instar mei, et in gloria tua reminiscere abjectam conditionem meam, et habeas in me monimentum (modos intelligentiæ).

Figura ac specimen sim ego tibi, et scias finem habitura sicuti mea etiam tua, et qualis sum ego futurus es tu, quandoquidem qualis es tu fui ego.

ܗ ܩܒܠ ܡܠܟܢܐ ܕܡܠܟܬܟ
ܗܐ ܙܗܪܬܟ ܘܦܩܕܬܟ
ܫܡܥܢܝ ܘܐܬܪܨ ܡܫܘܟܠܬܟ
ܘܐܪܚܩ ܡܢ ܟܠ ܣܢܝܬܐ

ܗ ܩܠܐ ܕܚܝܠܐ ܟܕ ܚܝ ܗܘܝܬ
ܠܐ ܡܫܪ ܗܘܝܬ ܕܫܡܥܬ ܗܘܝܬ
ܘܕܐܬܡܟܠ ܟܝ ܠܐ ܡܦܝܣ ܗܘܝܬ
ܘܕܐܡܘܬ ܗܘܝܬ ܟܝ ܠܐ ܡܗܝܡܢܐ

ܙ ܒܣܝܡ ܩܒܪܐ ܕܙܕܝܩܐ
ܘܕܥܘܠܐ ܠܬܫܢܩܐ
ܡܠܐ ܥܡ ܣܘܓܐ ܕܫܘܢܩܐ
ܘܠܐ ܫܘܝܢ ܐܚܕ ܕܐܦܠܐ ܚܕܐ

Accipe consilium quod dedi (consiliatus sum) tibi. En monui te, et tui gessi sollicitudinem. Audi me, corrige lapsus tuos, et abstine diligenter (recede procul) ab omni malefacto.

Vocem terrificam dum viverem dissimulabam (non credebam) me audisse, ac quod pereundum mihi esset minime persuasus eram, quod mihi moriendum non credebam.

Deliciosum sepulcrum justorum, *at illud* improborum tormentis plenum et infinitis (cum multitudine) cruciatibus, nec *inter se* conveniunt ulla prorsus (ita ut ne una quidem) ratione.

ܗ ܢܳܒܰܥ ܓܶܝܪ ܒܶܝܬ ܡܰܩܒܪܳܐ ܕܩܰܕܺܝܫܶ̈ܐ
ܒܶܣܡ̈ܶܐ ܡܝܰܬܪ̈ܶܐ ܘܝܰܩܺܝܪ̈ܶܐ
ܘܡܰܫܦܰܥ ܡܦܰܠܶܓ ܛܰܝܒܘ̈ܳܬܳܐ
ܠܡܗܰܝܡ̈ܢܶܐ ܒܟܽܠ ܥܶܕܳܢ

ܗ ܫܽܘܒܚܳܐ ܠܗܰܘ ܕܣܳܡܶܗ ܠܡܰܘܬܳܐ
ܓܶܫܪܳܐ ܐܰܝܟ ܘܡܰܥܒܪܳܢܳܐ
ܕܡܰܥܒܰܪ ܠܡܰܠܟܽܘܬܳܐ ܡܫܰܒܰܚܬܳܐ
ܠܢܳܨܘ̈ܚܶܐ ܪ̈ܚܺܝܡܰܘܗܝ ܕܚܰܬܢܳܐ

ܗ ܫܳܘܶܐ ܠܟܽܠ ܐܺܝܩܳܪ ܘܣܓܺܝܕܬܳܐ
ܦܳܪܽܘܩܳܐ ܕܦܪܰܩ ܒܪܺܝܬܳܐ
ܘܐܰܘܪܬ ܣܰܒܪܳܐ ܕܚܰܝܽܘܬܳܐ
ܠܡܺܝ̈ܬܶܐ ܕܚܰܘܒܳܐ ܘܕܟܝܳܢܳܐ

ܠ ܬܡܺܝܗܳܐ ܬܽܘܩܳܢܳܐ ܕܒܪܺܝܬܶܗ

Effluit enim sepulcrum sanctorum olores praestantissimos (multos pretio) et praestat ac impertit beneficia (auxilia) fidelibus omni tempore.

Gloria Illi qui statuit mortem ad instar pontis ac transitus deducentis ad regnum gloriosum victores dilectos Sponsi (*coelestis*).

Dignus est omnis honoris ac adorationis Salvator qui servavit creaturam et dedit (possidere fecit) spem resurrectionis mortuis culpæ et naturæ.

Mirabilis structura creaturæ ejus

ܘܫܘܦܪܐ ܛܒ ܡܗܪܡܘܢܘܬܗ
ܘܡܪܝܪ ܗܘ ܫܪܝ ܡܫܟܠܘܬܗ
ܘܬܡܝܗ ܚܝܠܗ ܡܚܕܬܢܐ
ܠ ܬܩܢܢ ܒܩܕܡܝܐ ܒܛܝܒܘܬܗ
ܘܕܒܪܢ ܒܥܠܡܐ ܒܚܟܡܬܗ
ܘܐܫܠܡܢ ܠܡܘܬ ܒܟܐܢܘܬܗ
ܘܡܚܝܐ ܠܢ ܒܚܘܣܝܐ
ܠ ܬܫܒܘܚܬܐ ܠܗܘ ܕܒܡܫܝܚܗ
ܓܠܝ ܠܢ ܟܠܠ ܪܒܘܬܐ ܕܫܘܒܚܗ
ܘܐܚܝܐ ܠܐܕܡ ܘܥܦܪܗ
ܘܢܣܟܗ ܒܕܘܡܝܐ ܪܘܚܢܝܐ
ܠ ܢܬܡܠܐ ܚܣܝܪܘܬܐ ܕܢܦܫܢ

---

et pulcherrima harmonia illius, amara quidem solutio compaginis ejus, at stupenda vis ejus restauratrix.

Composuit nos primo bonitate sua, gubernavitque in mundo sapientiâ sua, et morti addixit nos justitiâ sua, atque *a morte* suscitabit nos misericordiâ sua.

Laus Illi qui in Christo suo revelavit nobis majestatem gloriæ suæ, et ad vitam revocavit Adam et pulverem ejus ac denuo fudit illum in forma spiritali.

Resarciatur defectus animæ nostræ

ܒܐܝܢܐ ܕܗܘܬ ܠܢ ܠܪܘܫܡ
ܘܟܕ ܢܚܙܐ ܠܡܝܬܪܘܬ ܚܪܬܢ
ܢܫܘܐ ܠܛܘܒܬܐ ܐܡܝܢܬܐ

illo mediante quod fuit in documentum nobis (nostrum), et cum viderimus praestantiam finis nostri apti fiamus bono indeficienti. Amen.

ܡܐܡܪܐ ܕܬܡܢܥܣܪ

ܥܠ ܗܘ ܕܒܪܢܫܐ ܥܠܡܐ ܙܥܘܪܐ ܕܐܡܪܝܢ ܚܟܝܡܐ
ܗܘ ܕܥܠܡܐ ܒܪܢܫܐ ܗܘ ܙܥܪܐ

ܥܠܡܐ ܦܠܝܓ ܡܢܘܬܐ ܀
ܦܫܝܫ ܟܝܢܐ ܘܪܓܝܬܐ
ܩܪܢܝ ܕܐܚܘܐ ܣܟܡܗ ܒܡܠܬܐ
ܕܚܒܝܫ ܒܓܘ ܐܢܫܘܬܐ

CARMEN DECIMUM OCTAVUM

DE EO QUOD HOMO MUNDUS PARVUS EST, QUOD DICUNT SAPIENTES, ET MUNDUS HOMO PARVUS.

Mundus multis constans partibus, infinita pollens *rerum varietate* (naturis et tendentiis) vocavit me ostendere compendium ejus (*) sermone quod continetur in homine (specie humanitatis).

(*) ܣܟܡܐ terminus. definitio, et *philosophice*: quidquid rem in sua specie constituit ac proinde determinat limitatque, cum nil aliud ea sit quam id quod est Secundum hanc verbi potestatem dicitur ad perstringendum sermonem ܣܟܡܐ ܕܡܐܡܪܐ perinde ac latine « uno verbo.... »

ܐ ܐܬܩܪܝ ܨܠܡܐ ܕܟܣܝܘܬܐ
ܐܣܪܐ ܕܟܠ ܒܪܝܬܐ
ܕܒܟܠܗܘܢ ܐܝܬ ܐܚܝܢܘܬܐ
ܒܪܘܚܐ ܘܒܓܘܫܡܝܘܬܐ
ܒ ܒܦܓܪܗ ܡܬܚܒܫܢ ܐܣܛܘܟܣܝܬܐ
ܕܗܘܠܐ ܘܡܬܚܙܝܢܝܬܐ
ܘܒܢܦܫܗ ܪܘܚܢܝܬܐ
ܘܠܐ ܡܫܟܚܢ ܠܚܙܝܐ
ܓ ܓܒܝܠ ܦܓܪܗ ܡܢ ܓܠܝܬܐ
ܘܚܝܠܐ ܕܣܘܩܒܠܝܬܐ
ܡܢ ܐܪܥܐ ܘܪܛܝܒܘܬܐ
ܘܐܐܪ ܘܢܘܪܐ ܐܣܛܘܟܣܝܬܐ

Vocatur imago Altissimi (occulti), vinculum omnium creaturarum, omnes enim habent cognationem in spiritu et materie.

In corpore *quippe* ejus comprehenduntur substantiæ (materialia) elementares *eaeque* visibiles, et in ejus anima spirituales haud aptæ ad videndum (non submissæ visioni).

Plasmatum est corpus ejus rebus apparentibus et viribus oppositis (contrariorum) ex terra et humiditate, ex aere et igne elementaribus.

ܕܡܢܗܘܢ ܗܘܝ ܒܗ ܡܙܓܐ ܙ
ܐܪܒܥܐ ܕܠܘܩܒܠܝܐ
ܦܠܓܡܐ ܘܡܪܬܐ ܣܘܡܩܬܐ
ܕܡܐ ܘܡܪܬܐ ܐܘܟܡܬܐ

ܗܘܢܐ ܕܙܟܐ ܠܥܠ ܡܢ ܦܓܪܐ ܗ
ܟܠܗ ܒܘܚܢܗ ܪܘܚܢܝܐ
ܕܒܗ ܥܒܕܐ ܟܠ ܬܕܡܘܪܬܐ
ܒܕܘܡܝܐ ܕܚܝܠܐ ܕܐܝܬܘܬܐ

ܘܬܠܐ ܟܝܢܐ ܪܓܫܢܝܐ ܘ
ܢܦܫܐ ܫܦܝܪܐ ܘܡܘܠܕܐ
ܘܡܠܟܠ ܣܘܟܠܐ ܘܡܠܬܐ
ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ

Ex ipsis enim extant in eo humores quatuor oppositi : phlegma et bilis *flava* (rubra), sanguis et bilis atra.

Animum qui evincit (desuper) *omne* examen obtinet ejus pars spiritalis, quæ in ipso operatur mirabilia ad instar naturæ divinæ (« Entitatis »).

Operimentum corporeum (velum sensibile) antestat *animam* pulcherrimam, eaque edit cogitationes (cognitiones) sermonesque perinde ac decreta regiæ potestatis.

ܐ ܙܘܥܐ ܕܒܗ ܠܒܪ ܐܢܕܫܝܬܐ
ܡܙܝܥ ܟܘܠ ܨܒܘ ܕܝܢ ܡܢܝܢܘܬܐ
ܘܡܬܩܢܢܘܬܐ ܕܚܝܠܐ
ܢܩܝܦܐ ܒܓܘܗ ܕܚܝܠܐ

ܒ ܝܘܩܪܐ ܕܨܒܘܬܐ ܕܫܬܝܩܬܐ
ܡܢܗ ܐܚܝܕܐ ܦܠܓܘܬܐ
ܘܡܬܚܙܝܢܘܬܐ ܕܐܣܟܡܐ
ܒܗ ܚܙܘܐ ܒܣܝܡܐ ܫܦܝܪܐ

ܓ ܓܘܢܐ ܘܒܚܙܘܗܝ ܫܦܝܪܐ
ܟܝ ܣܪܝܘܬܗܘܢ ܕܕܚܝܠܬܗܘܢ ܘܡܕܡܝܐ
ܘܡܬܝܬܪ ܒܗ ܐܡܝܢܐ
ܦܢܝܬܐ ܟܠܗ ܕܝܢ ܒܥܕܢܐ

Motus quo *extrinsecus impresso* res *universi* moventur, producitur (fixus) *intrinsecus* in eo vi (ex) unionis (*scilicet* : *animae cum corpore*), et gravitas mutarum rerum obtinet partem ejus (figuram) quæ videtur.

Spectaculum gratissimum pulcrarum rerum figuratur in ejus aspectu formoso, *quin* turpitudo horrendarum rerum in ipso *dixerim* praevalet perpetuo.

Montibus cunctisque collibus in ossibus ejus reperitur similitudo, prata arvaque similia inveniuntur ipsi quoad cutem.

ܝܪ̈ܚܐ ܘܫܘܚܠܦ̈ܝ ܫܢܬܐ ܗ
ܩܝܛܐ ܘܬܫܪܝܢܐ
ܘܣܬܘܐ ܘܐܕܪܐ ܕܒܣܝܡܘܬܐ
ܒܗ ܪ̈ܫܝܡܝܢ ܒܝܕ ܫܘܚܠܦܐ
ܪܫܝܡ ܒܗ ܩܐܡ ܢܝܣܢ ܒܛܠܝܘܬܐ ܘ
ܘܩܝܛܐ ܓܒܪ ܒܥܠܝܡܘܬܐ
ܘܬܫܪܝ ܒܦܠܓܘ ܝܘܡܬܐ
ܘܣܬܘܐ ܒܙܒܢܐ ܕܣܝܒܘܬܐ
ܠܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܘܬܐ ܙ
ܡܦܚܡ ܒܫܢܬܐ ܘܒܥܝܪܘܬܐ
ܘܠܒܥܝܪܘܬܐ ܕܠܐ ܡܠܬܐ
ܕܡܐ ܒܟܠܗܝܢ ܪ̈ܓܝܓܬܐ

Menses et tempestates (mutationes) anni, aestas, autumnus, hyems et ver amoenitatis in ipso (*homine*) signantur per vicissitudines (*aetatis ejus*).

Expressus (scriptus) in ipso *prostat* aprilis in infantia ac aestas in juventute, autumnus in medio dierum *ejus* et hyems in (tempore) senectute.

Dies atque noctes imitatur somno et vigilia, et belluis destitutis (sine) ratione assimilatur per universas cupiditates.

ܡ ܡܪܕܐ ܕܘܥܬܐ ܘܙܥܪܘܬܐ
ܐܝܟ ܪ̈ܕܝܐ ܘܡܥܝܢܬܐ
ܘܡܦܩܐ ܣܥܪܐ ܒܕܘܟܬܐ
ܕܡܘܬܐ ܕܥܣܒܐ ܘܨܡܚܐ

ܢ ܢܦܫܗ ܡܦܩܐ ܦ̈ܘܩܕܢܐ
ܐܝܟ ܚܝܠܐ ܕܐܠܗܘܬܐ
ܘܪ̈ܓܫܘܗܝ ܡܫܡܫܝܢ ܬܫܡܫܬܐ
ܐܝܟ ܐܣܛܘܟܣܐ ܘܫܡܝܐ

ܣ ܣܓܝܐܐ ܒܗ ܫܘܚܠܦ ܕܡܘ̈ܬܐ
ܕܐܘܣܝܐ ܘܐܣܛܘܟܣܝܐ
ܘܒܢܦܫܗ ܚܝ̈ܠܐ ܐܟܚܕܐ
ܐܪܒܥܐ ܘܫܒܥܐ ܒܡܢܝܢܘܬܐ

Effluit sudorem ac faeces sicuti scatebræ et fontes, producitque crinem suo loco ad instar graminis et germinum terræ.

Animus edit decreta sicut Ens divinum, ac ejus sensus *sua* praestant officia non secus ac *Deo parent* elementa et coeli [1]).

Et frequens in ipso mutatio formarum *tum* substantiarum *tum* elementarium rerum, inque ejus anima simul sunt (*) facultates *tum quae* tres [2]), *tum quae* quatuor, *tum quæ* septem *numerantur*.

(*) ܒܡܫܘܚܬܐ

ܗ ܥܠܡܐ ܗܘ ܙܥܘܪ ܒܟܡܝܘܬܐ
ܘܪܒܐ ܒܡܘܠܟ ܗܘܢܐ
ܘܡܐܢܐ ܗܘ ܬܡܝܗܐ ܕܝܐܐ ܠܣܘܥܪܢܐ
ܕܡܝܬܪܝ ܠܐܝܩܪܐ ܕܪܡܐ

ܘ ܘܐܡܝܢ ܒܗ ܫܘܚܠܦܐ ܡܬܚܙܝܐ
ܣܘܠܩܐ ܘܢܚܘܬܐ
ܚܫܘܟܐ ܘܢܘܗܪܐ
ܚܘܠܡܢܐ ܘܟܘܪܗܢܐ ܚܝܐ ܘܡܘܬܐ

ܙ ܨܠܡܐ ܗܘ ܕܒܝܕ ܡܪܟܒܐ
ܡܟܪܙ ܠܗ ܠܡܪܐ ܘܥܠܬܐ
ܕܐܝܟ ܕܒܫܘܝܘܬܐ
ܢܩܦ ܚܕܐ ܠܐܘܡܬܐ

Mundus quidem is est exiguus quantitate, et magnus consilio mentis, ac vas est mirabile aptum rebus eximiis (honori sublimium).

Perpetua apparet in ipso *vicissitudo, nunc* ascensio *mox* descensio, tum tenebræ et lux, sanitas et infirmitas, vita et mors.

Imago est quæ per *tam varias* res compositas *quibus constat* prodit (annuntiat) Dominum causamque quatenus res oppositas *is* uniat harmonice (in unum consensum).

ܡܟܠ ܒܗ ܝܡܐ ܕܝܕܥܬܐ ܡ
ܘܣܗܕܝܢ ܠܗ ܐܘܡܢܘܬܐ
ܘܡܒܘܥܐ ܗܘ ܕܫܛܝܘܬܐ
ܘܡܟܪܙܢ ܦܘܕܝܬܐ

ܓܙ ܥܘܬܪܐ ܕܡܢ ܛܝܒܘܬܐ ܓ
ܣܝܡ ܒܪܘܟܒܗ ܫܦܝܪܐ
ܕܢܥܬܪ ܡܦܪܢܣ ܣܢܝܩܘܬܐ
ܕܟܝܢܐ ܒܟܠܠ ܡܢ ܡܡܠܠܐ

ܛܥܝܢ ܚܝܠܐ ܕܒܪܘܬܐ ܛ
ܚܡܝܡܘ ܘܩܪܝܪܘܬܐ
ܘܪܛܝܒܘ ܘܝܒܝܫܘܬܐ
ܕܡܢܗܘܢ ܗܘܝܐ ܘܚܒܠܘܬܐ

Collectus in ipso pelagus cognitionum, idque testantur artes, fonsque est insipientiæ et hoc praedicant *ejus* errores.

Ingens thesaurus qui est a bonitate *Creatoris* positus fuit in ejus constructione egregia ut ditet *et* expleat inopiam naturæ modo ineffabili.

Portat vires quæ sibi adversantur (oppositionis), calorem et frigorem, humidum ac siccum unde *cuntis rebus* vita et interitus (esse et non esse) (*).

(*) Idest : secundum quod debito modo et mensura, vel cum excessu aut defectu illa elementa in unaquaque re sociantur.

ܠܗܘ ܕܨܝܪ ܒܟܝܢܐ ܡܝܘܬܐ ܠ
ܘܐܬܕܪܝܫ ܒܗ ܒܩܘܡܬܐ
ܐܒܐ ܒܝܬܐ ܒܪܐ ܒܡܠܬܐ
ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܚܝܘܬܐ
⁘ ܠܐܠܐ ܢܦܫܢ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܕܓܠܝ ܪܒܘܬܗ ܕܠܐ ܣܟܐ
ܕܟܝܢܗ ܟܣܝܐ ܘܡܝܩܪܬܐ
ܩܒܘܬܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܘܣܝܡܬܐ

Laus Trinitati quæ adumbrata fuit in mortali *natura*, Pater in ipsa essentia, Filius in sermone, Spiritus in vita.

Det animus noster gloriam Ei qui ostendit *infinitam* excellentiam arcanæ *suae naturae* (vim abditarum rerum) in ejus imagine [3]) mirabili atque ornatissima, arcâ mysteriorum ac thesauro.

ܡܐܡܪܐ ܕܒܗܪܝܢ ܘܐܬܒܟܐ

ܟܠ ܡܒܣܢܘܬܐ ܕܟܝܢܐ ܦܓܪܢܐ
ܘܟܠ ܒܢܝܢܫܐ ܐܟܝܠ

ܘܒܝܫ ܗܘ ܥܡܠ ܕܒܝܫ ܗܘ ܒܝܫ

❖ ܒܒܟܝܐ ܘܒܕܡܥܐ ܘܐܒܠܐ
ܢܒܟܐ ܚܘܒܝܢ ܘܚܒܠܐ
ܕܓܒܝܠܬܢ ܡܫܥܒܕ ܒܥܘܠܐ
ܘܒܫܘܥܒܕܐ ܕܒܛܠܐ

CARMEN VIGESIMUM NONUM

REPREHENSIO MORUM PRAVORUM, ET DE MALITIA TEMPORIS.

Non est in hoc *carmine* verbum in quo non inveniatur Bet.

Fletu ac lacrimis ac lamentatione ploremus culpas nostras, et corruptionem nostræ naturæ (plasmatis) obnoxiæ peccato ac servituti vanitatis (vanæ).

ܐ ܐܘܒܕܢ ܒܪܓܬܢ ܪܒܘܬܐ
ܕܒܗ ܐܘܪܒܢ ܒܪܐ ܒܢܝܢܐ
ܘܒܫܘܚܪܐ ܘܒܣܟܠܘܬܐ
ܒܣܢ ܒܫܘܦܪܐ ܕܒܢ ܘܒܟܠܐ

ܒ ܒܥܘܡܩܐ ܛܒܥܢ ܕܟܐܒܐ
ܘܒܓܘܡܨܐ ܕܐܒܕܢܐ
ܕܒܝܫܐ ܚܝܒܢ ܒܪܫܝܬܐ
ܘܫܥܒܕܢ ܒܒܝܫܘܬܗ ܠܗܒܠܐ

ܓ ܓܒܘܠܢ ܝܗܒ ܡܘܗܒܬܐ
ܘܒܣܪܢܝܗ ܒܫܛܝܘܬܐ
ܘܐܚܒܢ ܠܐܒܕܢ ܒܪܡܘܬܐ
ܘܒܠܝܢ ܒܣܢܝܬܐ ܡܒܠܐ

Perdidimus cupiditate nostra dignitatem [1]) qua nos exaltavit auctor universi, et insolentia ac stultitia contempsimus pulcritudinem quæ in nobis ac in rebus universis.

In profundum nos demersimus luctus ac in baratrum perditionis, cujus hostis (malus, *seu* Satan) nos reos fecit in initio, ac mancipavit malitia sua vanitati.

Conditor nostri gratificatus fuerat *nobis* donum, et sprevimus illud insipientia nostra, *ipsi nobis* intulimus (amavimus) perniciem (nostram) superbia nostra et consumpti sumus(*) rebus abominandis.

(*) ܒܠܝܢ ܡܒܠܐ

ܕ ܕܘܒܪ̈ܐ ܕܒܪܒܪܘܬܐ
ܐܬܚܠܠ ܠܢ ܒܦܠܚܘܬܐ
ܘܫܘܚܬܐ ܘܫܒܗܪܘܬܐ
ܘܒܠܘܙܘܬܐ ܘܒܠܘܥܠܥܠܐ

ܗ ܗܒܒܐ ܕܥܒܘܪܘܬܐ
ܠܒܢ ܚܛܦܘ ܘܫܥܒܕܘܢ
ܘܥܒܕܘܢ ܥܒܕܐ ܕܒܝܫܬܐ
ܘܟܒܫܘܢ ܒܪܥܝܐ ܘܒܥܡܠܐ

ܘ ܘܒܪܥܝܢܐ ܥܒܝܐ
ܘܡܠܟܐ ܐܦ ܡܫܓܫܐ
ܫܒܩܢ ܛܒܬܐ ܓܒܝܢ ܒܝܫܬܐ
ܟܡܘܡܝܢ ܒܪܝܬܗ ܕܓܒܘܠܐ

Mores perditissimi (barbarici) [2]) obtinuerunt apud nos una cum lascivia superbia ac fastu, cum rapacitate ac turbulentia.

Bona fluxa (flores caducitatis) (*) *cor nostrum* rapuerunt ac nos redegerunt in servitutem pessimarum rerum, ac prostraverunt (nos) quoad mentem et quoad operationem.

Mente crassa (inculta) [3]) ac consilio pariter aberrante (turbato) reliquimus bona et elegimus mala deformantes (in corruptione) creaturam Conditoris.

(*) ܕܥܒܘܪ̈ܝܬܐ proprie : rerum prætereuntium.

ܩܢܢ ܒܥܠܕܒܒܢ ܒܣܘܪܚܢܐ ܐ
ܕܐܒܘܢ ܣܒ ܣܘܟܠ ܪܒܐ
ܘܪܒܝܢܗ ܒܢ ܪܒܝܐ
ܠܚܝܒܘܬܢ ܒܝܘܒܠܐ

ܢܩܦܢ ܒܬܪܗ ܪܒܘܬܐ ܒ
ܘܐܬܡܣܟܢ ܒܛܢܦܘܬܐ
ܘܐܬܛܒܥܢ ܒܣܝܢܐ
ܕܚܛܗܐ ܘܥܘܠܐ

ܛܒܐ ܒܛܠ ܒܢ ܒܐܬܐ ܓ
ܕܒܝܫܘܬܢ ܕܙܟܬ ܠܒܝܫܬܐ

Potitus est (emit) nostri inimicus per culpam quam parens noster commisit (*) magnam, eamque adolescere fecimus *in nobis* foventes ipsam (*fere* curis educationis) ad damnationem nostram, *hanc super nos* adducendo. (**)

Ambivimus ejus ad exemplum (post eum) elationem (magnitudinem) et marcuimus in flagitiis, demersimus nos in cœno culparum ac vitiorum (⁎⁎)

Bona (*illa status integritatis originalis*) cessaverunt in nobis per notam nequitiæ nostræ (*scilicet macula culpae originalis*) quæ superavit *omnia* mala,

---

(*) ܣܒ ܣܘܟܠܐ

(**) mss. Mar Abda habet ܒܚܘܒܠܐ « corruptione. »

(⁎⁎) Ad litteram : mersi sumus in peccatis et in gurgite tabis.

ܘܐܬܚܡܡܢ ܒܪܓܝܓܬܐ
ܕܦܓܪܐ ܕܡܬܚܒܠܐ
ܣܓܝ ܪܒܬ ܒܝܫܘܬܐ
ܕܒܐܪܥܢ ܢܒܥܬ ܕܝܢܐ
ܒܪܘܫܥܐ ܘܒܛܠܘܡܝܐ
ܢܣܒܢ ܠܫܒܝܐ ܫܒܝܠܐ
ܟܘܒܐ ܘܕܪܕܪܐ ܕܚܘܒܐ
ܒܐܪܥܬܐ ܕܠܒܘܬܐ
ܐܒܕ ܚܘܪ ܬܪܥܝܬܐ
ܒܙܘܥܐ ܡܣܟܠܐ ܘܒܗܝܠܐ
ܛܒܥ ܠܒܢ ܒܛܢܦܘܬܐ
ܘܒܪܓܬܐ ܦܓܪܢܝܬܐ
ܘܥܡܪܐ ܒܗ ܚܛܘܦܘܬܐ

---

et arsimus concupiscentiis libidinis (carnis corruptibilis).

Crevit in immensum (valde) malitia quæ in hac nostra terra scatuit (denique). Impietate ac scelere inivimus (cepimus) ad captivitatem viam.

Spinæ ac tribuli culparum (*abundant nunc*) in terris cordium. Periit acies mentis (prudentia consiliorum) molimine nefario ac vesano (turbato).

Cor nostrum demersum est in corruptelis (rebus abominandis) ac libidine (carnali). Incolit illud violentia

ܘܡܟܐܒܐ ܠܒܝ̈ܫܐ ܘܡܒܟܝܐ

ܡ ܡܘܬܒܐ ܕܣܘܪ̈ܚܢܐ ܘܒܝܬ ܟܘܬܐ

ܠܒܢ ܠܟܢ ܘܡܥܪܥܪܘܬܐ

ܘܣܓܝܐܢ ܒܗ ܫܘܚܢܘ̈ܬܐ

ܐܝܟܘܬ ܕܥܡܪܝܢ ܒܓܠܝܠܐ

ܢ ܢܨܒܬܐ ܒܪܝܟܬܐ ܕܛܝܒܘܬܐ

ܝܒܫܬ ܒܢ ܒܚܘܒܘ̈ܬܐ

ܘܒܠܒܢ ܗܒܒܐ ܕܒܗܬܬܐ

ܕܢܣܒ ܕܕܠܘܩܒܠܐ ܡܩܒܠܐ

ܣ ܣܒܪܐ ܕܪܒܘܬܐ ܛܝܒܘܬܐ

ܘܚܘܒܐ ܚܒܝܟ ܕܗܝܡܢܘܬܐ

ܐܕܥܟܢ ܘܒܣܟܠܘܬܐ

---

nocens miseris ac plorans (*perfidis lacrimis*) [4]).

Sedes criminum ac receptaculum factum est cor nostrum ac lustrum, et crebra in ipso ulcera ad instar morantium in Galilea [5])

Virgultum benedictum gratiæ aruit in nobis delictis *nostris*: et germinavit flos pudoris in animo nostro qui quod oppositum est accipit (*).

Spem magnæ (magnitudinis) gratiæ ac amorem coniunctum (implexum) fidei extinximus, et per insipientiam

(*) Scilicet: fertur in ea quorum eum pudet, si amplexus illa fuerit.

ܒܗܘ̈ܡܐ ܕܛܒܥܢ ܘܠܐܒܕܢ ܡܘܒܠܐ

ܛ ܥܒܕ̈ܐ ܥܩܝܡܝ ܒܬܪܒܝܬܐ
ܘܪܚܡܝ ܚܒܝܢܘܬܐ
ܓܢܣܢ ܕܒܪܢ ܒܡܪܚܘܬܐ
ܘܚܠܛܢ ܕܗܒܢ ܒܛܝܢܐ

ܝ ܦܘܒܐ ܓܒܝܬܐ ܘܛܒܝܬܐ
ܘܛܒܬܒܬܐ ܕܢܫ̈ܐ
ܢܓܚܟ ܒܐܡܢ ܕܪܓܝܓܬܐ
ܫܓܬ ܘܚܝܒܬܢ ܒܢܟܠܐ

ܟ ܨܒܝܢܢ ܥܓܠ ܒܢܟܠܐ
ܘܓܒܐ ܘܡܬܚܫܒ ܒܝܫܬܐ
ܘܡܬܚܒܫ ܒܪܓܬܗ ܕܝܠܢܝܬܐ

---

in gurgitem demersimus nos qui ad (nostram) perniciem *nos* adducit.

Servi perversi educatione [6] ac dediti (amantes) segnitiei, genus nostrum tractavimus licentia, immiscuimus aurum nostrum luto.

Phoebe Electa et Tabita ac optimæ mulierum irrident matrem nostram quæ concupiscentia exarsit, ac nos perdidit (damnavit) perfidia.

Voluntas nostra inhiat fraudem, præfert moliturque malum et detinetur propria cupiditate in (medio)

ܡܘܒܕܢܝܬܐ ܕܚܒܠܐ

ܗ ܩܪܒܐ ܥܒܕ ܒܣܟܠܘܬܐ
ܘܣܪܩ ܬܕܝܪ ܥܠܡܝܢܘܬܐ
ܘܨܒܬܐ ܕܗܘܬܒܗ ܡܨܒܬܐ
ܡܚܒܠ ܡܘܒܕ ܒܡܕܡ ܠܐ

ܙ ܙܘܥܐ ܪܒܐ ܒܦܢܝܬܐ
ܥܒܕ ܣܛܢܐ ܒܫܢܝܘܬܐ
ܘܨܒܝܢ ܒܡܪܘܕܘܬܐ
ܡܬܕܒܪ ܒܗܕܐ ܫܒܝܠܐ

ܚ ܫܒܝܬܐ ܕܓܢܣܢ ܩܕܡܝܬܐ
ܐܫܬܪܝܬ ܒܨܠܝܒܘܬܐ
ܘܫܥܒܕܢܝܗ ܒܡܪܚܘܬܐ

---

exitiali corruptione.

Bellum gerit stulte, et frustratur (nempe) perpetuo. Ornamentum naturam ejus decorans corrumpit perditque re inani 7) .

Tumultum (clamorem 8) magnum per (*quatuor mundi*) regiones agit Satan cum vesania, et voluntas nostra cum rebellione inducitur in hanc viam.

Captivitas nostri generis antiqua (pristina) soluta (salvata) fuerat per crucem (in crucifixione) et mancipavimus eam (*scilicet : denuo nos dedimus servos*) cum impudentia

ܠܒܥܠܕܒܒܝܢ ܒܢܟܠܘܬܐ

ܬ ܬܒܪܢ ܣܥܘܪ ܒܒܣܝܡܘܬܐ

ܕܒܗ ܐܣܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ

ܘܒܥܝ ܐܦ ܠܐܒܝܕܘܬܐ

ܕܡܢ ܥܢܟ ܕܐܒܕܘ ܒܫܓܘܫܝܐ

❖ ܬܬܒܘܒ ܒܐܪܥܢ ܚܪܒܬܐ

ܫܒܠܐ (*) ܕܚܘܒܟ ܒܚܕܘܬܐ

ܘܕܘܒܪܐ ܕܛܘܒܢܘܬܐ

ܐܣܝܡ ܒܢ ܒܙܒܢܐ ܡܩܒܠܐ

---

inimicis nostris per seductionem.

Ruinam nostram repara (medere) benignitate *tua* qua sanas contritos pœnitentia. Quære etiam peremptas (perditionem) de ovibus tuis quæ perierunt in tumultu [9]).

Adolescat in terra nostra deserta spica amoris tui cum gaudio, et ordinem (œconomiam) felicitatis statue inter nos tempore accepto.

(*) ܫܒܠܐ spica ܒ duplicato gaudet, ut in hebraico שִׁבֹּל, propter ܢ assimilatum nam arabice سنبل

ܡܐܡܪܐ ܕܬܠܬܝܢ ܘܫܒܥܐ

ܥܠ ܡܫܪܝܢܘܬܗ ܕܗܢܐ ܟܠ ܘܥܠ ܒܛܝܠܘܬܗ ܕܥܠܡܐ ܙܒܢܝܐ

ܝܘܕ ܒܟܠܗܝܢ ܡܫܬܟܚܐ

❖ ܝܘܡܐ ܕܚܝܠܐ ܘܐܚܪܝܐ
ܒܬܗܪܐ ܐܪܡܝ ܠܡܕܥܝ
ܕܐܝܟ ܡܫܬܪܝܐ ܘܥܒܪܐ
ܨܒܬܐ ܕܒܪܝܬܐ ܕܡܬܚܙܝܢܝܬܐ

CARMEN TRIGESIMUM SEPTIMUM

DE DISSOLUTIONE HUJUS UNIVERSI ET DE CORRUPTIONE AEVI TEMPORALIS

Littera jud *invenitur* in omnibus verbis.

Dies metuenda ac postrema mentem meam coniecit in stuporem, scilicet quomodo dissolvetur ac peribit ornatus universi (creaturæ) visibilis.

ܐ ܐܝܬܝܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܡܥܠܡܘܡܝܐ
ܐܝܬܝ ܦܓܪܐ ܠܗܘܝܐ
ܘܒܣܘܩܒܠܝܬܐ ܕܣܢܝܐ
ܐܥܒܕ ܠܥܒܕܗ ܫܦܝܪܐ

ܒ ܒܝܕ ܝܕܥܬܗ ܕܡܥܠܝܐ
ܝܕܥ ܕܐܝܟ ܐܝܟ ܕܘܠܐ
ܘܐܡܬܝ ܢܟܠܐ ܠܕܓܠܝܐ
ܘܡܦܩ ܠܢܘܗܪܐ ܠܕܟܣܝܐ

ܓ ܓܡܝܪ ܘܬܡܝܗ ܒܝܬܐ ܓܠܝܐ
ܕܒܢܝܗܝ ܒܫܦܝܪܘ ܒܢܝܐ
ܘܝܬܝܪ ܓܡܝܪ ܒܝܬܐ ܟܣܝܐ
ܡܫܒܚܐ ܘܫܦܝܪܐ ܘܝܐܝܐ

Ens *illud* quod est sempiternum adduxit corpora ad existentiam. Oppositione contrariorum [1]) reddidit opus suum pulcrum.

Per scientiam suam quæ supereminet, noscit quatenus *quodque* conveniat, et quando cohibeat quod apparet, et prodat in lucem (in compertum) quod abditum est.

Perfecta ac miranda est domus visibilis quam aedificavit formosissimam (bene) Conditor : at magis perfecta domus invisibilis (occulta) gloriosa, et pulcra,

ܘܐܝܟ ܕܒܥܘܡܪܐ ܙܒܢܝܐ ܕ

ܥܡܠܘܬܐ ܘܚܝܐ ܕܘܝܐ

ܐܝܟ ܕܒܝܬܐ ܕܥܠܡܝܢܐ

ܢܝܚܬܐ ܒܝܘܡܐ ܬܠܝܬܝܐ

ܗܝܟܠܐ ܓܝܪ ܦܓܪܢܝܐ ܗ

ܘܓܫܡܢܝܐ ܘܗܘܠܢܝܐ

ܢܦܠܝܢ ܨܒܬܘܗܝ ܘܓܡܘܪܐ

ܡܫܡܠܝܐ ܢܩܒܠܢ ܘܫܬܩܐ

ܘܢܡܘܣܘܗܝ ܡܩܒܠܝܢ ܫܘܚܠܦܐ ܘ

ܘܛܘܟܣܘܗܝ ܢܩܒܠ ܫܪܝܐ

ܘܝܩܪܘܬܐ ܢܛܠܐ ܘܢܥܒܪ

ܘܢܥܒܪ ܐܝܟ ܚܠܡܐ ܕܠܠܝܐ

Cum sit in habitatione temporali labor et vita infelix, est in aedibus aeternis quies in die tertio.

Templi siquidem humani nec non [2]) *hujus universi* corporei et materialis labuntur ornamenta (ejus), interitumque extremum obibunt, ac silentium (*mortis*).

Universi leges (ejus ordines) suscipient mutationem, ac ordinata compago *mundi machinae* (ejus) subibit dissolutionem, gloriaque (substantiæ) ejus deficiet ac praeteribit perinde ac somnia noctis.

ܐ ܐܘܗܡܬܐ ܕܚܝܝ̈ ܕܐܗܡܝܠܐ
ܘܗܕܪܘܬܐ ܕܒܣܝܡܐ
ܦܢܝܐ ܠܕܘܫܐ ܘܡܟܬܒܐ
ܡܠܝܘܬܐ ܕܪܘܚܐ
ܚ ܣܟܝܢܐ ܚܝܐ ܡܫܬܟܚܐ
ܕܪܝ ܥܡܝܪܘܬܐ ܘܡܫܬܟܚܐ
ܘܐܢܫܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܐܝܬܘܗܝ
ܡܢܟ ܒܚܝܘܗܝ ܡܘܬܐ ܒܡܘܬܐ
ܛ ܛܥܢ ܡܫܡܠܝܐ ܡܫܡܠܝܢܘܬܐ
ܕܦܘܩܕܢܘܗܝ ܕܡܪܝܡܐ

Venustas eleganter viventium, et magnificentia deliciosam vitam degentium convertetur (manebit) in pulverem, et plena foeditatis in confabulatione (*superstitum praedicabitur*) (*).

Iucunditas suavium rerum vilipendetur præ perfectione quæ expectatur, et qui non praestat virtute (est justus) morte tenetur (mortuus est) in *ipsa* sua vita quæ par est morti (miseriæ).

Adimplet pius (portat humilis adimpletionem) mandata Altissimi,

---

(*) Nihil in scholiis quod hunc locum explanet. Forte refertur ad sortem opulentorum hominum qui suæ magnificentiæ et cultus elegantiæ laudes a clientibus accipiunt infinitas, illis omnia eorum vituperantibus, ipsis absentibus vel mortuis. Scilicet mundanæ gloriæ caducitas significatur.

ܘܠܪܢܝܢ ܠܚܣܝܢܘܬܐ ܘܡܪܝܡܘܬܐ
ܣܢܐ ܘܒܣܝܪ ܢܝܪܐ ܒܣܝܡܐ
ܨܘܪܬܐ ܕܪܐ ܒܦܢܛܣܝܐ
ܘܒܡܚܙܝܬܐ ܐܝܟ ܘܕܡܘܬܐ
ܦܨܝܚܘܬܗ ܠܒܝܫܐ ܚܕܝܐ
ܡܣܓܝܐ ܡܚܕܐ ܘܡܫܟܪܐ
ܪ ܚܟܝܡܐ ܡܣܬܟܠ ܒܪܥܝܢܐ
ܝܕܥܬܐ ܒܚܝܪܬܐ ܕܫܘܦܪܐ
ܕܢܨܝܚ ܒܨܒܘܬܐ ܕܡܬܗܦܟܐ
ܠܡܫܟܚܘܬܐ ܕܥܠܡܝܐ
ܠܝܬ ܡܩܝܡܘܬܐ ܒܐܝܬܝܐ

---

et iis qui student praepotentiæ et celsitudini odiosum ac despectum est jugum suave (*evangelii*).

Imaginis quæ repraesentatur in phantasia, quasi in speculo, (*) jucunditas vitiosos laetificat valde ac dementat.

Sapiens *vero* probe intelligit mente cognitionem exquisitam venustatis, quæ *splendet* in his rebus quas versat, deprehendere mundanarum rerum universitatem (humanitatem) caducam esse.

Deest stabilitas in entibus

(*) Ad litteram : et in speculo relata similitudo.

ܓܫܡܢܐ ܡܩܒܠܝܢ ܟܝܢܘܬܐ
ܘܐܝܟ ܓܘܕܐ ܡܫܬܪܝܢ ܘܒܛܠܐ
ܗܘܝܬܗܘܢ ܘܓܢܣܐ
ܡ ܡܠܝܠܐ ܡܩܘܝܢ ܩܘܝܡܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܪܘܚܢܝܐ
ܘܥܒܝܘܬܐ ܕܟܝܢܗܘܢ ܗܫܝܢܝܬܐ
ܫܪܝܐ ܘܗܘܝܢ ܨܦܝܐ ܘܕܟܝܐ
ܢ ܢܗܝܪܐ ܕܝܢ ܕܩܒܝܥܐ
ܒܫܡܝܐ ܒܐܐܪ ܪܩܝܥܝܐ
ܢܫܪܘܢ ܒܫܓܘܫܝܐ

---

corporeis accipientibus existentiam et sicut *tela* araneæ dissolventur, et peribit substantia (*) eorum ac genus. *At* rationalia perstabunt modo (persistentia) sancto ac spiritali, et crassities *hodiernae* eorum naturae (**) solvetur eruntque perspicacia et pura. Luminaria autem quæ in coelo infixa sunt aetheri firmamenti (***) labentur in perturbatione [3])

(*) ܗܘܝܬܐ abstractum a ܗܘܐ contracto a ܗܘܐ ܗܘܐ

(**) Scilicet : praesens animæ humanæ conditio qua cum corpore unam componit naturam, unde non raro ab infirmitate corporis etiam ejus spirituales operationes retardantur ac impediuntur, et in hoc quadam quasi crassitudine laborare ac detineri deprehenditur.

(***) ܪܩܝܥܝܐ adjectivum a ܪܩܝܥܐ firmamentum.

ܕܥܬܝܕܐ ܕܬܗܘܐ ܒܐܚܪܝܬܐ

ܗ ܫܦܝܪܘܬܐ ܕܐܣܟܡܐ ܓܠܝܐ

ܘܒܣܝܡܘܬܐ ܪ̈ܝܚܐ ܓܒܝܐ

ܘܪܘܪܒܘܬܐ ܗܕܪܐ ܚܙܝܐ

ܒܠܝܬܘܬܐ ܡܬܒܠܝܢ

ܘ ܥܫܝܢܐ ܘܡܬܪܘܪܒܢܐ

ܘܕܬܚܝܬ ܐܝܕܐ ܘܡܪܘܬܐ

ܘܚܟܝܡܐ ܒܬܐܘܪ̈ܝܐ

ܛܥܡܝܢ ܒܡܪܝܪܘܬܐ ܕܦܘܪܫܢܐ

ܙ ܦܝܠܘܣܘܦܐ ܘܣܦܪܐ

ܘܒܥܝܪܐ ܐܠܐ ܘܫܛܝܐ

ܡܬܛܪܦܝܢ ܘܡܫܬܓܫܝܢ ܐܝܟ ܪ̈ܘܝܐ

ܘܡܝܬܝܢ ܘܥܒܪܝܢ ܕܘܝܐ

---

quæ in ultimis diebus eventura est.

Elegantia formarum apparentium et suavitas odorum lectissimorum ac pulcritudo magnificentiarum visibilium in nihilum (*usque*) delebuntur.

Fortes ac superbi, quique (*sunt*) sub potestate et domini, ac sapientes in speculationibus gustabunt amaritudinem discessionis [4]) (*a mundo in morte*).

Philosophi ac viri litterati [5]), efferati ac stulti agitabuntur et jactabuntur tanquam ebrii, morientur et praeteribunt miseri.

ܠ ܨܕܝܢ ܗܘܝܢ ܐܡܟܠܝܐ
ܘܡܒܩܪܝܢ ܡܟܡܪܝܢ ܠܚܙܝܐ
ܕܐܝܟ ܗܠܝܢ ܒܝܘܡ ܫܘܢܝܐ
ܒܡܫܪܝܬܗ ܬܢܫܒܝܗ ܥܩܬܐ
ܡ ܡܦܨܚܐ ܡܚܝܢܐ ܘܡܩܝܡܢܐ
ܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡܝܢ ܘܡܩܪܒܐ
ܠܐܝܠܝܢ ܕܡܝܬܘ ܘܒܠܘ ܘܩܪܝܐ
ܠܫܒܝܐ ܩܒܝܪܐ ܫܪܝܐ
ܢ ܪܘܪܒܝܢ ܥܒܕܘܗܝ ܕܒܪܘܝܐ
ܘܕܡܝܢ ܠܝܡܐ ܥܡܝܩܐ
ܩܫܝܢ ܠܡܬܒܨܝܘ ܡܥܠܝܐ
ܘܡܠܝܢ ܚܟܡܬܐ ܓܒܝܬܐ

Desolatæ manebunt domus *nuper* plenæ contristantes et moestitia afficientes spectatorem, nam par *illi* istarum in die emigrationis (*ex hac vita*) habitationem suam calamitas invadet.

Resurrectio laetificat et reddit vitæ quæ in saecula (*protenditur*), adducitque qui mortui erant ac consumpti, vocatque captivos sepultos solvens.

Grandia *sunt* opera Creatoris ac similia mari profundo, ardua ad intelligendum (eorum scientiæ sublimes) ac plena sapientiæ excellentissimæ (scientiæ electæ).

ܗ ܡܫܰܡܠܺܝܢ ܘܚܰܝܠܺܝܢ ܒܫܽܘܡܠܳܠܳܐ
ܘܡܶܬܡܰܠܝܳܢ ܒܝܺܚܺܝܕܳܝܳܐ
ܘܡܚܰܟܡܺܝܢ ܡܢܰܗܪܺܝܢ ܠܢܰܟܦܳܐ
ܘܐܶܡܬܰܝ ܡܶܬܬܰܒܝܢ ܥܰܘܳܠܳܐ
ܘ ܬܡܺܝܗ ܘܡܟܰܣܶܐ ܘܥܰܡܺܝܩܳܐ
ܕܦܶܠܓܺܝܢ ܐܽܘܡܢܳܐ
ܕܐܢܳܫ ܒܪ ܥܳܠܡܺܝܢ ܫܰܦܺܝܪܳܐ
ܐܶܬܒܪܺܝܘ ܠܢܺܝܚܶܗ ܕܕܰܘܝܳܐ
✤ ܢܚܰܕܶܝܢ ܝܺܚܺܝܕܳܐ ܕܐܺܝܬܽܘܬܳܐ
ܘܡܥܰܠܝܳܐ ܕܡܰܪܘܡܽܘܬܳܐ
ܘܢܰܫܪܶܐ ܠܩܰܕܺܝܫܰܝ ܡܳܪܰܢ
ܒܝܽܘܪܬܳܐ ܕܠܥܳܠܡܺܝܢ

Absoluta sunt ac pollentia perfectione, ac explentur in Eo qui *per essentiam* Unicus est, et sapientem reddunt, *mentem* illustrando, virum castum. *At* quando resipiscet improbus?

Mirum atque arcanum (altum) est dissidium naturæ nostræ humanæ : ambo quippe mundi, iique pulcri, conditi sunt ad quietem miseri (*hominis*).

Laetificet nos Unus in essentia et Excellens in sublimitate (unitas entis, et excellentia altissimi), et habitare faciat sanctos Christi (domini) in haereditate sempiterna.

ܡܐܡܪܐ ܕܐܪܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ

ܒܥܘܬܐ ܘܬܝܒܘܬܐ ܕܢܦܫܐ

ܘܣܡܟܬ ܒܟܠܗܝܢ ܡܫܬܟܚܐ ܘܐܬܐ ܕܪܫ

ܐܘܚܕܐ ܣܘܟܡܐ ܗܘ ܕܦܬܓܡܐ ܘܠܝܬ ܒܗ

ܐܦ ܠܐ ܙܝܢ ܘܠܐ ܫܝܢ

✣ ܣܒܪܐ ܕܣܘܟܝܐ ܡܣܟܝܢܐ
ܘܡܚܣܝܢܐ ܕܡܣܟܠܢܐ
ܒܣܘܡܣܡ ܣܡܡܐ ܟܣܝܐ
ܣܡܣܡ ܠܣܓܘܕܝܟ ܡܣܟܢܐ.

CARMEN QUADRAGESIMUM SECUNDUM

PRECATIO ET POENITENTIA ANIMÆ

Semcat in omnibus vocabulis *invenitur* : et littera initii strophæ est finis versuum. Nec est in eo zain, nec scin.

O spes (expectationis) sperantium et condonator delinquentium, medicatu (*) occultorum medicaminum medere adoratoribus tuis miseris.

(*) Ad omne fere tetrasticon consulere juvabit scholia in hoc carmen, quæ integre suo loco relata sunt.

ܐܰܦܶܝܣ ܣܽܘܟܳܠܶܐ ܕܥܰܡܝܩܶܐ ܐ
ܕܪܳܙܳܐ ܕܐܽܘܣܺܝܰܟ ܕܠܳܐ ܡܶܬܒܰܨܝܳܢܳܐ
ܠܡܕܰܒܪ̈ܳܢܰܝܟ ܡܣܰܟ̈ܢܶܐ
ܕܢܶܡܛܽܘܢ ܠܣܰܘܟܳܐ ܕܣܳܠܩܳܝ̈ܶܐ

ܒܰܚܢܳܢܳܘܟ ܣܰܒܪܰܢ ܣܰܪܗܶܒ ܒ
ܠܡܶܫܛܰܦ ܡܽܘܡ̈ܶܐ ܕܣܳܢܝܳܐ ܐܰܥܬܶܩ
ܘܰܒܢܶܣܝܽܘܢܳܐ ܥܰܫܺܝܢܳܐ
ܕܰܩܝܳܡܽܘ ܕܳܡܶܝܢ ܠܓܰܢܒܳܪ̈ܶܐ

ܚܶܘܝܳܐ ܚܰܣܡܳܐ ܢܶܬܓܕܶܪ ܓ
ܘܠܰܢ ܣܝܳܓܳܐ ܕܰܒܛܺܝܠܽܘܬܳܟ ܚܰܕܰܪ
ܘܚܰܝܠܳܐ ܕܚܶܣܡܶܗ ܢܶܬܟܠܶܐ
ܒܡܰܟܣܽܘܣܬܳܐ ܕܥܒ̈ܳܕܶܐ

Largire sensa profunda (abdita) mysterii tuæ essentiæ inscrutabilis subditis tuis (gubernatis) pusillis (abjectis) ut perveniant ad terminum eorum qui ascendunt (*ad vitam aeternam*).

Pietate tua (spongiâ), o spes nostra, matura abstergere maculas quas osor (Satan) inveterascere fecit, et in tentatione saevissima (valde *idest valide* urgente) perstantes similes sunt herois.

Serpens invidus sepiatur, *nosque* munimime (sepe) providentiæ tuæ (roboris) cinge : et vis invidiæ ejus cohibeatur obsistentia operum.

ܕܣܟܝܢ ܠܦܘܪܢܣܟ ܕܣܓܝܕ
ܘܣܟܝܢ ܠܡܥܒܕܟ ܕܣܗܕ
ܐܣܓܐ ܐܣܝܐ ܘܫܪܟ
ܒܡܫܪܝܢ ܕܣܓܒܘ ܚܘܪܒܢܐ
ܗ ܗܪܣܝܣ ܕܒܥܡܠܗ ܗ
ܣܛܢܐ ܐܣܓܝ ܠܝܘܬܪܗ
ܠܓܢܣܢ ܣܢܐ ܢܟܠܗ
ܢܣܒܢ ܣܟܐ ܡܟܝܢܐ
ܘ ܘܣܘܣܝܐ ܕܒܡܓܪܬ ܪܘܚܐ
ܘܦܘܪܢܣܐ ܡܣܝܥ ܣܢܝܩܐ

Quoniam speravimus in gubernationem tuam adorabilem, et expectavimus operationem tuam cui testimonium est (*), auge cibaria, et quod superfuit (a vastitate) in habitationibus nostris, quas circumdederunt ruinæ.

Haereses, quas suo molimine, satan multiplicavit in suum lucrum, generi *enim* nostro infensa machinatio ejus, coarctentur (accipiant limites restrictos).

Regimen (**) quod in longanimitate *sit* ac victum qui sustentet (juvet) egenum

---

(*) Testimonium scilicet laudis, sancta cum sint et perfecta omnia opera Dei. Compara illud (Act. VI, 3.) ܠܓܒܪܐ ܕܐܝܬ ܥܠܝܗܘܢ ܣܗܕܘܬܐ, et his similia I Tim. III, 7. V. 10.

(**) ܣܘܣܝܐ Cf. arab. ساس gubernare.

ܦܪܘܣ ܒܡܣܟܢܘܬܢ ܘܒܐܣܝܘ
ܥܕܪ ܠܣܕܪܝܢ ܕܡܬܛܟܣܝܢ
ܚ ܚܘܣ ܥܠ ܣܘܪܚܢܝܢ ܘܐܣܝ ܟܪܝܗܝܢ
ܡܛܠ ܕܐܬܒܐܫ ܕܚܣܡ ܠܐܣܝܘܬܢ
ܘܡܫܕܐ ܒܢܟܠܘܗܝ ܣܘܓܐܐ ܕܚܘܣܪܢܝܢ
ܛ ܛܘܦܣܐ ܕܟܬܝܒ ܒܟܬܒܝܟ
ܕܡܠܦ ܫܒܝܠܐ ܕܬܡܝܡܘܬܐ
ܒܦܢܩܝܬܐ ܕܗܘܢܢ ܪܫܘܡ
ܕܢܫܒܘܩ ܡܠܟܐ ܕܒܝܫܐ

---

adhibe imbecillitati nostræ, et medicamine adsis agminibus nostris ordinatis.

Parce delictis nostris et concede medicamina infirmis, quia malignatus est qui invidet sanationi nostræ, et diffundit insidiis suis infinita (multitudinem) detrimenta.

Exemplar quod in libris (*sanctis*) tuis expressum est, quod docet innocentiæ semitam in foliis (chartis) mentis nostrae (*) imprime ut praecidamus consilium scelestorum.

O Iuste qui osorem nostrum ignominia profligasti

(*) Cf. huic affinem dictionem in Carmine nono, versu ܓ et ejus nota.

ܘܡܟܝܟܘܬܐ ܕܓܢܣܢ ܐܣܝܬ

ܘܚܣ ܘܡܣܟܢܘܬܢ ܐܪܘܚܬ

ܐܪܘܚܢ ܒܒܘܣܡܝܟ ܦܪܘܩܝܐ

ܪ ܟܣܢ ܒܬܟܣܝܬܐ ܕܚܢܢܟ

ܘܚܘܣ ܒܒܣܝܡܘܬ ܟܝܢܟ

ܘܥܕܘܪ ܠܨܝܡܐ ܒܣܝܒܪܬܟ

ܡܦܣܩ ܪܘܦܣܐ ܕܙܒܢܐ

ܟܣܝܬܐ ܕܐܝܬܘܬܟ ܐܪܙܐ

ܘܒܚܙܘܐ ܛܘܒܢܐ ܒܐܬܪܐ

ܠܡܣܬܟܠܘ ܘܒܘܣܡܐ ܕܡܣܬܡܟܐ

ܘܢܣܒ ܦܣܐ ܡܫܒܚܐ

---

et infirmitatem nostri generis sanasti, et misertus es, ac egestatem nostram levasti, ale nos deliciis tuis salutaribus.

Vesti nos operimento (stola) misericordiæ tuæ, et misereare benigna indole tua (suavitate tuae naturae), et succurre abstinentibus (*a deliciis mundanis*) cibo tuo, o tu qui determinas motus momentorum.

Abdita *essentiae* tuae *mysteria detur nobis visione beata in patria* intelligere et delicias accumbentium *coelesti convivio* (*valeamus*) opponere nostrae egestati (*hujus vitae*) perfecta oppositione (multitudine oppositionis), et obtinere sortes benignas.

ܡ ܡܬܩܢ ܬܟܣܐ ܕܢܒܣܡ
ܠܐܓܘܫܡܢܝܬܐ ܘܓܘܫܡܢܝܬܐ ܕܥܒܕܬ
ܠܡܢܬܐ ܕܡܣܟܢܐ ܚܕܝ
